

Q. N. 531, 7.

B. m. II

II b
156

R. ISAACI ARAMÆ, ZAMORENSIS HISPANI,
PHILOSOPHI INTER JVDÆOS
SECULO XV. EVNTE CLARI,
DISSERTATIO RABBINICA
DE
VSV LINGVÆ,
IN AKEDAT JIZCHAK,
COMMENTARIO IN PENTATEVCHVM
AMPLO ET ERVDITO,
QVAM
IN ACADEMIA JVLIA
A. MDCCXXIX. MENSE FEBRVARIO
IN COMMILITONVM GRATIAM
LATIO DONAVIT
M. ANTHON JVLIVS von der Hardt.

HELMSTADII
EX OFFICINA PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.



*Usui !
studiorum scopo,
disciplinarum termino,
laborum metæ,
industriæ fini !*

*Cui ?
magno
copioso
publico ;
academiæ
ecclésiæ
communis rei ;
veritatis decori
virtutis cultui
vitii odio ;
antiquitatis pretio
stili veteris luci ;
scientiæ honori
elegantiae laudi
emulationis ardori.*

Buxt. Bibl. Rabb. p. 394.

*Akedat Fitzebak liber excellens & multiplicis
doctrinæ.*



Commilitonibus ingenio & studio insignibus.

R *Euclimus* superiori mense rotundo græco ore nunciavit, christianæ doctrinæ emendationem ex sacris hauriri fontibus, græcis & hebraicis, scaturigine limpida & viva. Quando ergo tertio abinde seculo *viam ad fontes germanis pandit primus, græca & hebraica linguis suscitatis*, nepotum & nostri est, frui illis ab illo partis bonis, ingenuo liberoque fontium usu. *Græcis* nos potiri, ad primi apud Germanos conditoris nutum, proximis diebus subindicavimus, sed & *hebraicis* nos uti, jam porro libet submonstrare. Uti *græca* non tantum novi fœderis codicem designant, sed *græcos* quoscunque simul nobiles *veteres autores*, poëtas, oratores, philosophos, historicos, geographos; ita & *hebraica* comprehendunt, præter *Mosen* & prophetas, *judaica gentis monumenta* reliqua, quæ *Rabbinarum* nomine feruntur. Interest namque *nostra* exacte nosse, quæ per secula *inter gentes & judæos res* fuerit, *sacra & civilis*, cum & christi ac apostolorum doctrina inter judæos nata, judaicæ superstitioni opposita, inter judæos palam tradita, græce ab apostolis & evangelistis sit descripta. Uti *codices hebraici*, *Mosis* & prophetarum, ita *græci*, evangelistarum & apostolorum, pariter nos autoritatis & usus, pro scopi discrimine. Quod indissolubile *hebraici* & *græci* oris vinculum, a *Reuchlino* & *Erasmio*, germanis, germaniæ, adeoque & nobis, feris jam posteris, commendatum, tenemus, nepotes grati, & sancte veneramur. *Græci autores exteri*, & *judaorum scripta*, pariter *extera*, manibus Germanorum, pro grato in majores nostros animo, non excidunt. *Fontes utrosque*, græcos & hebraicos, haurimus, ut salutis scaturigines; *commentarios utrosque*, græcos & rabbinicos, historicos,



oratorios, philosophicos, legimus, ut iudicium de illorum rebus feramus, ac quæ in illis nobis, ecclesiæ & reipublicæ, usui esse possint, inde promamus. Hæreditario quodam jure possidemus ac retinemus, proavis Reuchlino & Erasmo munificis testatoribus, *utraque illa bona*, quibus sacra & civilis rei cognitio solidaque scientia comprehenditur. Obiter scire sacra, ex levi traditione, communi consensus plausu, plebis est non doctæ germaniæ. *Scire*, causas urget; quare *consulendi scientiæ fontes*, ut veritas cognoscatur distincte. *Græcorum exterorum autorum* inexplicabilem usum, commodaque in sacram & civilem quamcunque disciplinam redundantia incomparabilia, sentimus & agnoscimus quotidie, quotquot non cum plebe *opinari* sed *scire* gestimus, rationibus fulti. Sed & *scriptorum Rabbincorum, exterorum* pariter, usum in ecclesiæ & reipublicæ rebus dijudicandis admirabilem non diffitentur, qui observant judæorum inter christianos in europa statum præsentem, qui in republica christiana si non cives, partes tamen sunt, in tanto per europam numero, non exigua. Sub Principibus, horum gratia, per regiones, urbes, vivunt, instar civium, commerciis inter se & cum christiano populo tranquille usi, & quod plane singulare, in liberrimo religionis usu, in civili suo proprio foro, in synagogis, scholis & academiis suis, typographiis & bibliothecis suis, in quæ omnia christiano magistratus nihil sit juris; gens certe, ex oriente oriunda, ex romano quondam triumpho serua, religionis & fori sui exercitio proinde reipublicæ non minus ac ecclesiæ christianæ, scire curate, quæ utraque eorum quovis seculo res sit. Ecclesiæ antistites sciant oportet, quid gens illa exera, civitate quodammodo donata, sentiat, agat, moliat, publice, privatim; quæ sit doctrina christianæ adversa, vetus aut nova. Magistratus norint, quid hoc genus subditorum peregrinorum, in peculiari & proprio suo foro, statuunt, agant, quomodo in causis civilibus litibusque suis cognoscendis ac componendis se gerant, animo in christianos sanguinolento. Christiani & judæici fori discrimina, contrariis principiis nixa, ni magistratibus & doctoribus christianorum curate consent, nec ecclesia nec forum ab insidiis tutum.

Judæo-

Judæorum lites in foro christiano, præfertim ex fraudulentis commerciiis, pignoribus, chirographis, furtis, juramentis, quæstionibus, pœnis, suppliciis, feminarum juribus aut beneficiis, quis componat, nisi existant, artium & technarum judaicarum periti.

Et *morum* inter judæos *disciplina*, pars non ultima civilis & sacrae judaicæ rei, ecclesiæ christianæ doctoribus & magistratibus non sit ignota oportet, ut norint, quomodo se gerere inter se & cum christianis vel sueverint vel ex lege sua teneantur, cum vel sine civitatis periculo.

Cum academiæ filii, inter quos ego, choro & foro addicti, in illis cognoscendis occupentur, venia mihi dabitur, qui ex *moralis judæorum doctrina*, pro commilitonum in his studiis exercitio, aliquod promam momentum, quod *humanitatem ac mansuetudinem* videatur sapere. Quoniam hoc argumentum suo fonte debetur philosophiæ, rationibus scrutandis ac demonstrandis, libuit, ex peritiorum commendatione, ex moralium inter judæos doctorum ordine eligere *R. Isaacum Aramam, Zamovensem Hispanum, philosophum inter judæos non inexercitatum, Aristotelis quoque operum non imperitum*. Floruit hic seculo XV eunte, fugæ judaicæ gentis ex Hispania consors, tribunali pontificio urgente. Non difficile subodoratu, quare illo ævo, in tantis judæorum periculis, inter cædes eorum & exilia, Hispania ardente, prudentiores judæorum doctores *hortati sint suos, abstinerent prorsus ab omni criminatione, contumelia, delatione, quin impensissime suaderent silentium*.

Pro hoc *judaicæ doctrina* momento illustrando, contigit, aliorum iudicio, laudati *R. Isaaci Aramæ dissertationem* non impolitam, de usu linguæ, attentius lustrare. Quæ cum videretur non inelegans, rationibus & argumentis haud destituta, in gratiam commilitonum *latio donare* visum est consultum. Habetur illa in amplo ejus *commentario in Pentateuchum*, nomine *עקדת יצחק Akedat jizchak*, in *Lev. 14, 2*. In quam non ineruditam dissertationem nunc commentari animus non est, nec vacat, quod alio contingat tempore; imprimis quod jam & sumtibus ex amplitudine sit parcendum; cum propriis cuncta impensis edere oporteat. Magna inter judæos & christianos autoritatis, ex rationum usu in commen-

tando, *R. Isaac Arama*; ut hujus audire sermonem, & attendere rationes, prodesse possit plurimum. Stilo in versione usus sum plano & aperto, ut genium auctoris videretur exprimere, pro mente ejus integrius cognoscenda.

Meo hoc dedi exercitio & impenso commilitonum studio. Non memini, quenquam christianorum ex hujus *philosophi judaici R. Isaaci Arama* dissertationibus aliquam exhibuisse nostris. *Maimonidis, Abarbanelis, Hispanorum philosophorum*, scripta per multa, nostræ genti sunt ab eruditis viris latino stilo tradita, his jungendus non immerito *Arama Hispanus*, ob doctrinæ & rationum perspicuitatem non disparem. Ingenio non caruerunt triumviri, hispani, arguti, sed christiano genio; quod nativitatis & generis infortunio dandum, cum hominis non sit de suo disponere sanguine, gente, ortu, ac prima institutione, quæ a fati dependent non nostro arbitrio. Ingenium in illis suspicimus, sed genium a nostro diversum ferimus; cum christianæ gentis inter hispanos non fuerit, alterutrum illis dare, & corrigere. *Philosophos græcos, Platonem, Aristotelem*, ex ingenio veneramur, genii nostri non participes, cum ante christianum nomen existerent. Audimus pari jure *judæorum doctores, Maimonidem, Abarbanelem, Aramam, europæos, hispanos*, pro ingenii documentis, christiani nominis & sententiæ expertes, cum inter nos non sint nati nec instituti. Rationes ponderamus, quicumque demum afferant, nostri, alieni, pro jure ac libertate eruditionis. Ingenium a deo, apud quemcunque demum, amicum, hostem; religionis professio ex prima institutione, fati & fortunæ, non arbitrii nostri. Nobis fortunatioribus, ingenii & judicii nostri usum dei vindicamus beneficio, veritatis studio devoti. *Scr. in acad. Julia, A. 1729. d. 4. Febr.*

R. Isaaci

R. Isaaci Aramæ, Zamorensis Hispani, philosophi eunte seculo
decimo quinto inter judeos celebris, præclara dissertatio in Lev. 14, 2.
in Akedat Jizchak edit. Venet. 1573. fol. קסד. seq.

DE VSV LINGVÆ.

הדבור החיצון הוא שלמות של
פנימי, והחלוק בזה גורם מקום
גדולים :

בחדש חמשה ברוכל אחד שהיה
מתור בעיירות הסמוכות לטפורי
והיה מכריו ואומר: מאן בעי
למבן סס הקיים? אודיק עליה
כולי עלמא? רבי ינאי הוה יתיב
ופשיט בטרקלימיה אמר ליה: תא
סליק להבא, זבן לי אמר ליה:
לא את תריך ליה ולא דכוותך?
אמר עליה: סליק לנביה: אפיין
ליה ספר תהלים: הראה לו מי
האיש התפן חיים אנהב ימים
לראות טוב? מה כתיב בתריה?
כבור לשוכך מרע ושפתיך מדבר
מרמה: אמר רבי ינאי: אף שלמה
וכריו ואומר: שומר פיו ולא יגונ
שומר מלתו כפשו: אמר רבי ינאי:
כל ימי הייתי קורא מקרא זה
ולא ידעתי היכן הוא פשוט: עד
שנא רובל זה והודיעו מי האיש
התפן חיים? לפיכך תשה מזהיר
את ישראל ואת תהיה מורת
המזרע, המזלית שם רע?

Sermo externus est nuncius interni, (sanæ
rationis,) quorum immutatio causa est da-
mnorum grandium.

In commentario veteri symbolico in Le-
viticum (*vaijakra Rabba sect. 16.*) habetur
historia de pharmacopola quodam, qui cir-
cumivit (in palestina) per oppida Sepphori
vicina, (in Galilæa inferiori;) declamavit
& dixit: *Quis cupit emere aroma vitæ?* In-
stitit apud illum (emendi gratia) universus
mundus. R. Jannai sedebat & meditabatur
in triclinio suo. Dixit hic (per nuncios) ad
illum (pharmacopolam:) *age, veni huc,
vende mihi.* Respondit illi (pharmacopola
per nuncios illos:) *tu non indiges illo, nec
tibi similis.* Urfit illum (Jannæus, per nunc-
cios.) *Accessit ad eum (pharmacopola;) ex-
hibuit illi (Jannæo) librum psalmorum. Mon-
stravit huic locum Psalmi 34, 13. Quis ille,
qui cupit vitam, desiderat annos, ut videat
bonum? Quid sequitur? v. 14. (inquit pharma-
copola ad R. Jannæum:) præserva linguam
tuam a malo, & labia tua ne loquantur
fraudem.* Respondit R. Jannai: etiam Sa-
lomo proclamat idem *Prov. 21, 23. Qui ob-
servat os suum & linguam suam, servat ab
angustiis semet.* Dicebat R. Jannai: per om-
nem vitam meam legi hunc scripturæ lo-
cum, (*Prov. 21, 23.*) neque penetravi ubinam ex-
plicaretur, donec venit pharmacopola hic &
indicavit illud, quis esset ille qui amet vitam,
Psal. 34, 13. Proinde Moses instruxit Israelem
*Symbolo leprosi, Lev. 14, 2. Hæc esto lex leprosi
diffamatoris, hoc est, diffamatoris* רע המזרע
(pro paronomasia.)



חקר שמונה האדם משאר בעלי
 חיים כגלות דבורו הנה היה
 מהמחוייב אליו שלא יאחז מדלתי
 שפתיו רק כמה ששמר לו הנדלתי
 הקודם הוא מבוחר בזה שאמר
 הכתוב ויפח באפו נשמת חיים
 ונז' חרגס אקלום' והות באדם
 לרוח ממללא' ועם שזה יאמר
 בעצם והאשונה על הדבור הפנימי
 שהוא הכח מחשבי המיוחד אליו
 שעליו נקרא קי מדבר כלומר
 קי שכלי כענין אחת דבר אלהים
 דברתי אני בלבי וזאתה מ"ה
 הדבור החיצוני הוא שותפו רעו
 ומליזו יאחז לחון ידבר את אשר
 עם לבבו לזולתו אש על דרך
 השאלה או התשובה או על דרך
 הלמוד או ההגיה עד שעל כן
 הוכרח שיהיה מציאות הדבור והלשון
 מכלל הכנראים בשעת ימי הכנראים
 בו ישתתפו קצתם לקצתם להודיע
 את אשר בלבבם וכמו שאמר
 לאדם יוערכי לב ומי' מענה לשון'
 יאמר שכבר היה האדם בטבעו משכיל
 ומבין לערוך מערכי הענינים
 המחשביים אשר בלב אבל מי' היתה לו
 למוד הלשון לשלמות שבו יהיה שאל
 ומשיב באופן שישתכל בו מציאותו וכן
 אמר הכנאי יי' אלהים נתן לי לשון
 למודים לדעת לבות את יעק דברי
 והכל אורו שכבר העולם בלשון
 הקדש כי הוא הלשון הכנראי במחשבו
 יתעלה ואשר השכיל לאדם וזהו
 לשמוע מפיו דבר ואשר ידבר אש
 את רעהו כמו שנתבאר במאמר
 באות יקרא אשה כי מאש נז'
 ומתנו

Quandoquidem præstantior est homo ce-
 teris animantibus, proprio sibi *sermone*, de-
 cet illum non pronunciare quid, nisi quo
servet suum discrimen. Prius est manifestum
 ex illo scripturæ effato, *Gen. 2, 7. Inspiravit
 in vultum ejus spiraculum vite, &c.* Onke-
 los reddit: *Factum est in homine in spiritum
 loquentem. Quamvis autem hoc in se & pri-
 mario dicatur de sermone interno, (ratione,)
 qui est facultas cogitandi, illi propria, unde
 appellatur animal loquens, hoc est, animal
 intelligens; pro sensu verbi in frequentibus
 locis, Ps. 60, 12. Unum dixit (cogitavit) deus;
 Job. 39, 35. Dixi (cogitavi) in animo meo;
 & quæ his similia: Attamen sermo externus
 est illi (interno) conjunctus, proximus illi, &
 interpret ejus; dum foras prodit, enunciat
 quod est in animo suo alteri, sive interro-
 gando, sive respondendo, vel docendo, vel
 commemorando. Unde sequitur, quod ori-
 gino sermonis & eloquii, inter cetera creata
 sit a prima creatione; quo sociarentur ho-
 mines inter se, enunciando, quod est in il-
 lorum animo. Prout dicitur: *Prov. 16, 1. Ho-
 minis sunt cogitationes cordis, sed a deo est
 eloquium linguæ.* Quo significatur, quod ho-
 mo sit per naturam suam *intelligens, & ju-
 dicio præditus*, disponendi seriem rerum
 mentalium, quæ in animo; sed a deo sit u-
 sus linguæ ad perfectionem, quo interroget
 & respondeat, ita ut eo perficiatur subsisten-
 tia ejus. Ita enim ait propheta *Is. 50, 4. Deus
 numen dedit mihi linguam doctam, ut sciam
 tempestive loqui verbum cum fesso.**

Et communis quidem est opinio, quod
 mundus sit conditus lingua sancta, quia hæc
 lingua est creata *sermone dei*, (cum deus lo-
 queretur hebraice) quo & instruxit Adamum
 & Evam, ut ex ore ejus audirent verbum;
 quo & usi in sermone reciproco; quod pat-
 tet ex illa historia *Gen. 2, 23. Propterea voca-
 buntur*

ויומו לחדו הדורות הנמשכים
 להקניח הלכות אחרי כן במספרם
 וכבר נתפאר על זה ה' יתעלה
 באמרוי יי שם פה לאדם או יי
 שום אלם או חדש נו' ויהודוע
 כי חדש שאינו מדבר אינו מכלל
 האדם בכל משפטי' וזה לפי שהדבור
 הפנימי והחיון הם שותפים וקרובים
 חסרון האחד מעיד על חסרון השני
 בלי ספק' והוא מה שאמר הכתוב
 חסר שפה לבאמנים וטעם אקנים
 יקח' כי הדעת השפה נמשכת
 מלקיחת הטעם הפנימי מהמדבר
 וההפך לב חכם ישכיל פיהו.

*bitur femina, quia a viro sumta est. Exind
 didicerunt secula sequentia producere diale-
 ctos numerosas. Quo de semet celebrat ipse
 deus, dicens: Exod. 7. u. Quis tribuit os homini,
 aut quis statuit mutum aut surdum? Notum
 vero, quod surdus, qui non loquitur, non
 referat omni ex parte hominem; quoniam
 sermo internus & externus sunt conjuncti &
 propinqui; defectus unius testatur de defe-
 ctu alterius, indubitato. Huc respicit scri-
 ptura, Job. 12, 20. Aufert linguam peritis &
 mente senes privat: quia privatio sermonis
 sequitur ex privatione mentis internae, in lo-
 quente. Cui contrarium illud: Prov. 16, 23.
 Animus sapientis instruit os suum.*

והנה יורה יחייב הנמשך שאם
 ישמע האדם צוה הכח בדברים
 בלתי מיוקדים אליו הנה החשיב
 הכונה והחליף השעה והוא כמעיד
 עדות שקר בעמלו' והרי הוא כמי שנתן
 לו הוילך לבוש ולכות להתפאר בו
 והלבושו לחמור' כי כן משפט האדם
 שנתן לו תפארת הלשון להשלים לו
 חסרונו מהעניינים ההכרחיים ודרישת
 התכונות ודברי היושר המיוחדים
 אליו, והוא משתמש בו לדברים שאין
 בהם תועלת או שזיקו ויפסידו
 שלמותו הנרכים אל החומר לבדו
 מדרשת תאוותיו ובקשת פסיתותיו והרי
 הוא אכלו באמת כוס זהב בחף חויר.

Hinc necessario sequitur, quod si utatur
 homo hac facultate ad res illi haud con-
 gruas, quod pervertat scopum & mutet or-
 dinem; utpote qui contra se ipsum falso te-
 stetur. Qui similis illi, cui donet rex orna-
 tum regium, quo honoretur; sed amicitiae
 eo asinum suum. Eadem sane conditio ho-
 minis, cui dedit deus ornatum sermonis, ut
 eo ipso refarciat, quod illi deest in rebus ne-
 cessariis, & quarat disciplinas & institutio-
 nem morum, quæ illi competunt; adhibet
 autem illum ad res inutiles, aut quæ lædunt
 & tollunt integritatem ejus, per res corpori
 solum gratas, dum quarit cupiditates suas,
 & quæ ipsum faciant deteriozem. Est sane
 illi sermo reapse monile aurcum in fronte
 porci.

ולוה היו מחכמי ישר' שנשתבחו
 שלא שמו שיהא בטלה מעולם
 אפריהם ואשרי חלקם. וכמה נחלשו
 דברי פי חכם שכתב הרמ"ב בס' ז' ל'
 שהאלהו למה היה יושב ושותק?
 והשיב לפי שראש הדבורים בחלקים
 לארבעה חלקים, האחד רע לגמרי
 כקללת

Extiterunt proinde inter sapientes israhëlis,
 qui semet celebrarent, quod non pronunci-
 assent unquam inania: qui vere felices, &
 fortunata fors eorum. Quam præclara sunt
 verba viri eruditi, referente R. Mose Mai-
 monide b. m. ex quo quaesiverunt, quare se-
 deret & siletet? Qui respondit: cum ani-
 madverterim sermones esse quatuor gene-
 rum:



בקבלת בני אדם ורכילות ודבור בטלה
 וכיוצא' והשני רע מודד וטוב מודד
 בדבור בשנתי בני אדם לקבל זכרי
 השלישי לא רע ולא טוב ברוב דברי
 ההימן בספורי המאורות ודברי הימים
 והד' שהוא כולו טוב כדבר בתכונות
 ובמעלות ובמה שצריך לו' בכל עת
 שאשמע דברים משגה התלוקים
 הראשונים אני שותק מהם ואם
 אשמעם מהחלק הרביעי אדבר בהם
 ולפי שנתקן הזה ייאלצו הדוברים בו
 בורות לכן אני יושב ושותק רוב הימן
 והרצ עלמו ו'ל חלק שם הדבור לפי
 חיונו התורה האלהית לחמשה חלקים
 מורה בו וכוהר מומנו והחכם
 ואהוב ומותר' האחד בקשה ולמידת
 התורה וקריאתה' והשני בעדות שקר
 ורכילות וקבלת תבירו וכו' והשלישי
 ברוב ספורי ההימן במאורעות הימים
 שקראו אותו חכמים שיחה בטלה
 והרביעי בשכחו המעלות השכליות
 והמדותיות ובגנות הפקותות
 משני הימים שהכונה לעורר הכסף
 אל השלמות וכו' והחמשי' והוא מה
 שצריך לדבר בו מסודרתו ומפרכתו
 ומאלכו ומשקיו וכו'
 והנה לפי זה מה שאמר רבן
 שמעון בן גמליאל כל ימי גדלתי בין
 החכמים ולא מנאתי לנוף טוב
 משתוקק יהיה בכוהר ובכמאס או
 במוק לבדי אחסם מלך הקדימו
 לומר כל ימי גדלתי בין החכמים
 יראה לי ששפילו במכה המיוחד
 לחכמים לבדם ידבר ואמר כי מלא
 במכה החכמים שהם מכוונים
 בתריותם על הלמוד אל האגת
 החכמה

rum : unum penitus malum, contumellis in
 alios, detractioe, sermone scelesto, & simili-
 bus; *secundum*, malum partim, partim bo-
 num, in laudibus hominum, pro impetrando
 lucro; *tertium*, neque malum neque bonum,
 in plerisque confabulationibus plebeis; in
 commemorandis casibus & historiis; *quar-
 tum*, prorsus bonum, velut differendo de
 scientiis & virtutibus, & necessaria ope: Quo-
 tiescunque audio *sermonem trium priorum
 generum*, sileo ad illa: Quod si audiam il-
 la *ex quarto genere*, loquor de illis. Quo-
 niam vero in hoc genere deprehenduntur
 sermocinantes raro, ideo ego sileo & sileo
 plerumque. Etiam ipse Maimonides b. m.
 distinguit ibidem *sermonem*, pro ratione di-
 vine legis, in *quinque gradus*: in quo *pra-
 ceptum*, *vitiosus*, *viliis*, *praeclearus*, *licitus*,
Primus, quærere & dicere legem eamque
 legere; *secundus*, falso testimonio, detra-
 ctione, & convitiis in alium, &c. *tertius*,
 in plerisque plebis narrationibus de casibus
 & fatiis; quem sapientes vocant confabula-
 tionem inanem; *quartus*, dum celebrat vir-
 tutes intellectuales & morales, & vituperat
 vilia duorum illorum generum, pro scopo
 excitandi ad integritatem &c. *quintus*, qui
 necessarius ad colloquendum de negotiis viri,
 de sustentatione ejus, cibo & potu ejus,
 &c.

Huc spectat effatum *Rabban Simeonis ben
 Gamliel (Pirke avot c. 1. hal. 17.) Per totam
 vitam educatus sum inter sapientes, neque
 deprehendi, quicquam corpori esse salubrius
 silentio, puta, in rebus vitandis, vilibus, aut
 mere noxiis. Quando autem premitit:
 semper inter sapientes sum educatus, videtur
 mihi, quamvis de more solis sapientibus pro-
 prio loquatur; tamen dicat, quod depre-
 henderit moris esse sapientum, quod inten-
 dant sollicitè doctrinam, ad consequendam
 sapien-*

החכמה לא אל הדבור בהצננות שמתם
 בה להתפאר ולהשתבח בה גם המתרי
 כמתנה הכסילים שאמר עליהם לא
 יתפון כסיל בתוכנה כי אם בהגלות
 לבני כי היא אין כוננתה אל הידיעה
 בעצמה כי אם אל הדבור בה והודעו
 בה לפני רואים וזה תמלאתה תמיד
 מרבה שיהיה כי לא תשקוט החכמה
 בו כמו שאמר בלב כבון תנוח חכמה
 ובקרב כסילים תודע אמר כי לב
 הכבון הוא מקום טבעי אל החכמה
 כמו שאמר ובלב כל חכם לב נתתי
 חכמה חכם לב וגו' ולכן תנוח בו
 להיותה עם שוקטת כמו שהוא מוכנה
 היסודות כל אחד במקומו הטבעי
 אימנם הכסילים אינה ככנסת בלבם
 אבל היא בקרבם רגזי בתוך כרסם
 שאין המקום לפי כבודה וזה לא
 תנוח ולא תשקוט לשם והוא כנגד
 בקרב כסילים תודע כלומר תמועב
 ותשתער כמו וידע בהם את אנשי
 סבות כי הוא מנעב אתה תמיד
 להודע בה לעיני הכלי וכמו שאמר
 אשתרף בלגזף קיש קיש קריא
 והוא העשם כי מקום האסתרה אין
 אי זה מנעב טבעו הוא כביס ושם
 הוא ישב שוקט ונוטח ובלתי משמיש
 קולו אימנם כשהוא בלגינה אין זה
 מקומו כשתנענעהו ישמע קולו
 ולכל זה אמרו החכמים סיג לחכמה
 שתיקה וכוננת עגרי החכמה
 וסיימה המוכנת הוא השתיקה לפי
 שעקר מה שילמדוהו האדם בחכמה
 הוא הגנלת הדבורים ותקונם וקיומם
 והשתיקה מרובם והוא יתבאר שהדבור
 המוכף ושנוט ובלבולו לא יתקן ולא
 יאמר

sapientiam, non ad sermonem longis discursibus de illa, ut glorientur & se efferant illa etiam excellendo, stultorum more: de quibus dicitur *Prov. 18, 1. Non cupit stultus sapientiam, nisi ut aperiat duntaxat mentem suam*: qui non intendit revera ut sciat, sed ut de ea loquatur, & ea conspiciatur apud spectatores. Unde invenias eum semper loquacem, cum sapientia in eo non quiescat, pro illo oraculo *Prov. 14, 33. in pectore prudentis quiescit sapientia & in medio stultorum agitatur*. Ait, animum prudentis esse locum naturalem sapientiæ; pro illo: *Exod. 31, 6. Animo sapientis audidi sapientiam sapientis &c.* Quamobrem quiescit in illo, ut ibi resideat, elementorum more, cujusque in loco suo naturali. Sed apud stultos, non intrat animum ipsorum, sed est in facultate illorum appetitiva, in ventre illorum; ubi non est locus pro dignitate ejus, quare ibi non sedet nec quiescit. Quorum illud, *Prov. 14, 33. in medio stultorum agitatur*, hoc est, movetur & concutitur; pro phrasi *Jud. 8, 16. contudit illis Succotenses*: quia ille semper illam agit, ut conspiciatur illa ab omnibus. Quomodo etiam dicitur: *stater in lagena kis kis clamat*. Quod est: quod locus stateris aut cujuscunque monetæ natura sua sit in loculo, ubi sedeat, quiescat, & hæreat, neque sonum suum edat: sed si sit in lagena, qui non est locus ejus, dum moveas illum, audiatur sonus ejus. Propterea pronunciant sapientes (*Abot. c. 3. hal. 13.*) *Sepimentum sapientiæ silentium*. Quorum mens est, quod munimentum sapientiæ & signum ejus præstantissimum sit silentium: quia præcipuum, quod doceat eum quisquam in sapientia, est *limitatio sermonum, & instructio eorum; & coërcitio eorum, & silentium præ copia eorum*. Maniſc.

רקן בתכלי החכמה ובעצמות
 התבונה כמו שהדעות הדמיוניות
 והמרככות הכוזבות אשר במדמה
 לא יונבלו כי אם במציאות השכל
 ובריאתו כי על כן המראות
 המושגות והדעות מזויית אלל חכמי
 הדעת נהקין גם מציאות הוא סימן
 כפילת הכת השכלי בחולים כמו
 שכתב החכם בסוף ענעיות* וענין
 זה הגדר עליו כתבו החכם באומרו
 חושך דמיון ידע דעת ויקר רוח
 אש תבונה גם אויל מחריש חכם
 יתש אוטש שפתו כנון* אמר כי לפי
 שהכיון אשר בו ככר החכם הודע
 דעת הוא שהוא חשך אמרו לנחמי
 והאש תבונה שהוא דבר ככדות ודברו
 היה יקר או שלא יתש לבנו ברוב
 דברים יתויב מזה שגם אויל מחריש יתש
 חכם. ואחר שהשתיקה היא בגולת
 החכמה היא עיון גם אוטש שפתו
 לבד ככדות יתש כנון* ולזה אמר
 כי כל ימיו גדל ניין עץ אשוח
 מלא לנוטו של מעשה עליו אשוח
 כניהם היא החכמה מוסר עוב
 ואלה זמיוחד השתיקה :

כי אף אל פי שהדבור בין החכמים
 הכרחי מאלל ללמוד וללמד הכה
 המדה המשובתת כניהם היא
 השתיקה חרובי דברים עד שיהיו כל
 דבריהם מוגבלים קברי המלות ושלמי
 הטעמים וכמו שאמר לעולם ילמד
 אדם לתלמידו בדרך קצרה. וזה היה
 דרך החכמים כתיבת התלמידים שהיא
 היתה עקר חכמתם* וביאר דברו
 כמה

nifestum sane, quod *sermo superfluus, per-
 plexitas & confusio*, non reprimatur aut
 constringatur, nisi multis sapientiae vinculis
 & prudentiae fumibus; sicuti *fictiones ima-
 ginativae, & compositiones fallaces in phan-
 tasia*, non determinantur nisi valore iudicii
 & integritate ejus. Siquidem *idea confusa
 & ficta sunt apud iudicio destitutos*, dum
 vigilant. Etiam dum adsunt, sunt signum
 prolapsae facultatis intellectuales, in aegris;
 prout scribit *sapiens* (Aristoteles) *in fine Na-
 turalium*. Ipsammet hanc limitationem de-
 scripsit *sapiens*, *Prov. 17, 27. Reprimens ver-
 ba sua, scit probe, & ingenius spiritu est
 vir prudens. Etiam stultus silens, sapiens
 aestimatur: qui obturat labra sua, sapit.*
 Ait, quia *signum*; quo agnoscitur *sapiens*,
 peritus, est, *quod reprimat omni modo ver-
 ba sua, & vir prudens est, qui loquitur pres-
 se*, cujus verbum sit nobile, aut quod non
 incalescat animus ejus multiloquio; inde
 sequitur, quod etiam *stultus silens aestime-
 tur sapiens*; cumque *silentium*, utpote *sapi-
 entiae peculium*, existat apud eum, etiam ob-
 turat labia sua ut loquatur presse, habeatur
 prudens. Propterea dicit (Pirke avot c. I.)
*R. Gamaliel, quod tota sua vita educatus sit
 inter sapientes, & non deprehenderit corpo-
 ri, aut substantiae negotii sui, quod quererent,*
*quod est sapientia, doctrinam meliorem, u-
 tiliorem, & magis propriam, silentio.*

Quaquam enim semper *inter sapientes
 sermo summe sit necessarius* ad discendum,
 & docendum, multo tamen *praestantius in-
 ter illos silentium multo sermone*; ita ut om-
 nia illorum verba essent limitata, *brevia
 vocibus & ampla sensibus*. Prout & dicit
 ille: *semper doceat quis discipulum suum
 breviter*. Qui mos fuit sapientum, consti-
 tutis cancellis aut limitibus, quod esset fun-
 damentum suae sapientiae. Qui & senten-
 tiam

במה שאמר כי לא המדרש הוא העקר
אלא המעשה יראה כי לא ההתבארות
באריכות הדרישה והרחבת
הדברים והבנת הקלות הוא העקר
אלא נופו של מעשה עצמו שהוא
הלמוד או הלמידה, וכל המרבה
דברים יותר מזה הוא מפטיף הכוונה
או מביא טעם ומסדרן בנופו של מעשה
או שרצה שלא מלא שימך טוב לנופו
של למוד מהיותו יושב ושומק. כי לא
הניין למד ולא הקפדן מלמד. כי
דרך התלמוד לשאל והרב להשיב
גם לשלם בשמעות עם התלמידים,
כי לא ישבת המדרש הוא העקר
אלא המעשה אמנם כל המרבה
דברים יותר מזה שאמרנו הן בשאלה
הן בתשובה והיו דבריו בלתי מנובלים
על הדרך המוכר מביא טעם ומסדרן
במעשה. והכל תוור לענין אחר.

tiam suam explicat, dum ait : (*Pirke avot*
c. 1. hal. 17.) *Non enim dissertatio est prae-*
pium sed factum. Quo vult, quod non ex-
plicatio, longa disquisitione, & copia ver-
borum, & intensioe sonorum, sit funda-
mentum, sed corpus aut substantia operis i-
pfius, puta, *disciplina aut doctrina* : quique
cumulet verba ulterius, peccet in scopum,
& inferat peccatum & defectum in corpus
operis aut ipsum factum. Aut intendit,
quod non reperiat, quod sequatur emolu-
mentum in corpus doctrinae melius quiete
& silentio : quoniam *verecundus non bene*
discit, nec iracundus bene docet. (*Pirke*
avot c. 2. hal. 5.) Siquidem necesse est, di-
scitentem quærere & docentem respondere,
nec non disputare de lectione cum fodalibus;
quia *non status dissertationis est scopus, sed*
opus. (*Pirke avot c. 1. hal. 17.*) Profecto,
quisquis cumulat verba ultra quam diximus,
sive in quaestione, sive responsione, cujus ver-
ba non sint limitata dicto modo, infert pec-
catum aut defectum operi & facto. Res
omnis eodem redit.

סוף דבר, למדנו מזה מה שהיתה
אליו הכוונה, והוא כי תוייב האדם
לשחק מכל דבר זולתי מה שמוכסו
אליו הדבור הפנימי כי כאשר יושך
הדבור אל כל אדם מחלקי הדבור
אשר נוכחו אשר אין בו תועלת אין זה
דבור אבל פסול, שיהא אחר מבי
הדבור, אשר ילמדו לדבר בלשון
האדם וכל שכן שיהיה הדבור מחותם
שיקו וירבו ושחיתו כרכילות
והולאת הדבות והקללות והשנועות
ודברי הזדונות, שכבר היה הדבור
הפנימי בכל א' מאלה מתנגד אל
מנחת הפנימי לפי המכוון ומכה
ואין בעליו נקרא קי מדבר על דרך
האמת

Summa ; discimus ex eo, quæ fuerit viri
intentio, nempe, quod *teneatur homo tace-*
re ab omni verbo, præterquam cui congruat
sermo interior, (sana ratio.) Nam quando
trahitur sermo ad aliquid ex superioribus
fermonis generibus, in quibus nullus usus,
non est hic sermo, sed pipitio, similis stur-
nis, (*Ψαγ, Στααρ*) *quos docent referre*
verba humana. Quanto magis, si sermo
sit ex illis, qui cadunt, nocent & perdunt,
quales sunt detractio, & diffamatio, impre-
cationes, & fugillationes, (*καταμωνήσεις,*
ἐξουσιδιαιμοὶ exprobrationes) & voces iacta-
bundæ. Siquidem *sermo externus in sin-*
gulis illis pugnat cum iudicio interiori, pro
hujus scopo. Et autor illius non dicitur vere
animal loquens. Hoc vero nomen ejus,
B 3 quod



האמת' וזה שמו אשר יקראו החכם
 מתלהלה יורה וזקיס חזים וזות
 כי שפתותיו קנית וחזים ונדל לשוכס
 מחזיקים בחזק ונקלע לזרוק אנכי
 גוף הכה והכה להחיות בהם בני
 אדם לא יחטאו' ובאו החכות ההכה
 ראשונה בעצמו וכילוחו ומתכל
 ידיוהו וכמלא שמו למעלה ומתועב
 למטה וכסו יורה גהיכס.

והכה כמלאו מחקלי אנכיס בקלע
 לשוכס על שלש מדות' יש מטיח דברים
 לא בדעת ומרבה שיחותיו לא
 בהשקל' לנכות המשבח ולשבח
 המוכה וכיוצא מחלו הדברים
 המגדלים אל השכל לגמרי' שעליהם
 אמר החכם כדורו חזק במרומה כן
 נותן לכסיל כבוד כי מומיו הדבור
 הגדולים הוא ההלול והשבח למי
 שזכו ראוי לו וכמו שאמר
 אומר לרשע לדיק אתה יקבורו עמים
 יזעמוהו לאזוים. ולזה הכותן לכסיל
 כבוד הוא כמשלך אנכיס בקלע' כי
 מרומה הוא שם מן וירגמו אותו
 ובהיות הפלגתי הערל משלך אנכי
 ודק וכפלות אשר בהם חרף ויערכות
 אליהם חיים בא אליו דוד ע'ס מדתו
 באכן ונקלע כנא אל הכלל כיו
 שהעיד הוא על עצמו.

ויש משה בחרו לשוכס להפכות לב
 ולהאדיב כסס ומראה עלמו שהוא
 עושה כן לשום תכלית עוב כאלו
 הוא מקבל כבוד שמים או הרב או
 השופט וכיוצא' ואש כזה ידמה למי
 שהוא

quod illi, tribuit sapiens : *baltus* (τσαμὸν)
jaculans catenas, sagittas & mortem; quo-
 niam labia ejus sunt hastæ & tela; ut lin-
 gua sua teneat lapidem, quasi in funda, ut
 spargat lapides cædis huc & illuc, ad occi-
 dendum illis homines, nec sibi videtur eo pec-
 care. *Redeunt autem illa vulnera primum*
in ipsummet detractorem, quem confu-
munt, & ex orbe eijciunt, ut sit invisus su-
perioribus, & abominabilis inferioribus;
postremo occupat gehennam.

Animadvertuntur autem *jaculantes lapi-*
des funda lingue sue, trium graduum. 1) *A-*
lius ejaculatur verba inconsiderate, & cu-
 mulat sermones suos imprudenter, ad deni-
 grandum quod honestum, & laudandum
 quod turpe, & quæ illis similia; quæ abso-
 lute pugnant cum judicio. De quibus dicit
 sapiens, *Prov. 26, 8.* *sicuti qui conjicit gem-*
mam ad acervum lapidum (περὸς ἔγμωνα,
ἀγώμωνα) *sic qui stulto exhibet honorem.*
 Sane ex magnis sermonis vitiiis est laus & ce-
 lebratio indigni; prout dicitur, *Prov. 24,*
24. Qui improbo dicit, justus es, hunc ex-
ecrentur populi, cum abominentur nationes.
 Proinde qui dat stulto honorem, est instar
 ejus qui jacit lapides funda. Nam **מרגמה**
 est nomen *acervi lapidum*, pro usu verbi
 isto in loco, *Lev. 24, 23. Lapident eum.* Quan-
 do igitur philistæus ille præputiatus con-
 jecit lapides fastus & stultitiæ, quibus contu-
 melia afficeret castra numinis vivi, accessit
 ad illum David, jure talionis, cum lapide &
 funda, quasi accederet ad canem, prout ipse
 de semet testabatur.

(2) *Alius* cædit ferro linguæ suæ, ut per-
 cutiat cor alterius & affligat animam; *ja-*
Etatque de se, quod ita faciat in finem bo-
num; quasi contenderet pro honore dei,
 vel doctoris, vel judicis, & similis. Talis
 vero par est illi, qui infligit lapide aut fuste
 vul-

שהוא מכה באבן או באגרוף מכות גדולות וכאמרות ואומר שהוא מתו כדורות לבד' כמו שהיה הענין בשמי' כשאמר לדוד לא את איש הדמים ואיש הבליעל השיב יי' עלך את דמי שאול אשר חלכת אחריו' הנה שהיה מתקף ויחלל באות נפשו' כמו שאמר דוד בסוף' והוא קללני קללה כמרקת ביום לבתי מחנים' וכונתו עוד יתבאר בפרשת בלעם בעזרת האל' והנה הוא היה תולה קללותיו בקצאת שאול חלבי' מה נכתב בסוף' והמעי הולך בלעז ההר לעומתו ויחלל באבנים לעומתו ועפר' בעפר' החלץ מלידה עמוסה למה שהוא מכון להכותו מכה טרדה ושקף את דמו ובספרו בעפר.

ויש ששלח יד לשוננו לחשיב על עלבוננו והוא הנקלה שברעותיו והנה עם שהפוער מים הוא ראשית מדון והוא הורק האבן הראשונה מ' ח' המשיכה אליו לא יבא מידי עם משיב אבן' כי על זה באמר ויגלל אתן אליו תשוב' קרא הראשון בכמו אלה העבנים ויגלל אתן והשי משיבה אליו ושיהם לא יבאו מכלל משליכי אבנים' וזהו היה מוכר החכמים להיות האדם כונן להיות מהעלבים לא מהעלבים ושומעים חרשתם ושוקים.

ועל שלשת אלו יראה שתקנתן אלהי כבוד לשוני מרע וכו' כי באומריו שכבוד לשוני ירע הוא ענין ראשון' שהיה רעה תולה מפורסמת' ועל השני אמר ושפתותי מדבר מרמה ועל

vulnera magna ac duratura, *factatque, quod solum spargat arenam.* Quale erat negotium Simeï, cum diceret ad Davi'em, 2. Sam. 16, 7. *i, i, vir cedis & vir diabolos, rependat tibi deus cedes Saulis, cujus regnum occupasti.* Ille convitiabatur & maledicebat, pro suo affectu. Quod nunciabat dein David 1. Reg. 2, 8. *ille maledicebat mihi maledictione vehementi, cum irem Machabonaim in Peræa.* Qui illius scopus illustrabitur amplius in historia Bileami, dante deo. Ille sane tribuebat imprecationes suas vindictæ Saulis regis sui. Sed quid de eo postea scriptum est? 2. Sam. 16, 13. *Simeï ibat in zela montanum, adversus eum & inter eundem continuo maledicebat, & jaciebat lapides versus eum, & spargebat pulverem.* Eleganter describit scopum ejus, cædendi eum vulnere gravi, fundendi sanguinem ejus, ut eum tegetet pulvere.

(3) *Alius utitur lingua sua ad respondendum injuriæ sibi illate.* Quod pro vilissimo suo habet vitio. Quanquam prohibens aquam fit autor litis, utpote qui jaciit lapidem primus, attamen qui iterum jaciit lapidem in illum, non alienus est a culpa lapidem referentis. De hoc namque dicitur *Prov. 26, 27. Si quis volvat lapidem, in illum redit.* Vocat primum in hac re *volventem lapidem* quem *alter* rursus in illum jaciit. Utrique non effugiunt characterem, lapides jacientium. Hinc sapientum est morale: *Attendant homo ne sit ex afficientibus injuria, sed affectis, qui audiunt opprobrium & silent.*

De tribus illis apparet majores formasse formulam precum: *Mi deus, retine linguam meam a malo, &c.* Quando enim rogat, inhibeat linguam suam a malo, designat primum illud negotium; quod est vitium fœdum manifestum. De secundo dicit

ועל השלשי אשר ולחקללי כפשי תדום
 שבששקן ינבחר שדמותו הלשון כוורק
 אכנים* אינם כפשי כעפר לכל
 תהיה בשפלות וירדותה אשר יהיה
 זה סבה לאהבת הבריות. ועשות
 רלוני כמו שהוא כן טבע העפר
 שהכל דשין אותו והכל כהפסין אליו.
 והוא ימשל בס' הוא מה שאמר. וכל
 הקמים עלי לרעה וגו' כי חן הדן
 הוא שואלו כעמין.

וזה לבו ללכת לקראת משלים בזה
 הענין? והנה זה הענין רלוני מכנות
 רוע הלשון אל ההכחות הגדולות
 והחיותיות הורגל בכל הכתובים. אמר
 דוד כנגד דואג' הוות תחשונו לשונך
 כתער חלוטש עושה רמיה' וכנגד
 הבריות הנה יביעון צפיהם חרות
 בשפתותיהם כי מי שומע' ובחוקים חסר'
 שיהיה חנית וחצים ולשונם חרב
 חדה וחולתס' וכמה היו מכותם אללו
 מוככות חקן פתאום כמו שהיה
 מתלונן ומתפלל עליהם בחזונו
 חיווד.

אל י' בדרתי קראתי וענני ירעה
 כשם שענית לי בכל צרה שקראתי
 לפיך ואפשר שכוון אל הצרה הידועה
 ביום הפלשתי. כך תענני בשאלתי
 זאת שאני חבקש כי גדולה היא אלי'
 ואמר הנילה כפשי משפת שקך וגו'
 ככה השקר אל השפה' כי אין לו שום
 מציאות חש' ולפנים* אינוס התרמית
 יחסו אל הלשון שהוא אבר פנימי
 כמו שהרמיה היא בחושבה. מה יתן
 לך וגו' הוא כשואל אל עצמו אמר
 מה

cit precans : *Et labia mea ne loquantur do-
 lum. De tertio quoque dicit: Et ad impre-
 cantes mihi anima mea quiescat. Ex qui-
 bus tribus liquet, quod humilis sit lingua ja-
 cienti lapideim. Ceterum, quando dicitur;
 anima mea sit tanquam pulvis omnibus, est,
 humilitate ac submissione sua; quæ est causa
 amoris in extraneos. Porro: Et faciat pro-
 lubitu, prout hæc est natura pulveris, quem
 omnes calcant, & in quem omnes redeant.
 Dein: sed ille imperat illis; quod est effa-
 tum illud: Thr. 3. 62. omnes insurgentes in
 me in perniciem &c. Sic enim & illa ad
 eundem recte referuntur scopum.*

Ceterum, quid opus est attendere sym-
 bola hac in re, cum hoc negotium arbi-
 trarium, comparandi vitium linguæ cum vul-
 neribus magnis & lethalibus, sit frequens in
 hagiographis. David pronunciat de Doëg
*Pf. 52. 4. Noxas meditatatur lingua tua, ut
 novacula acuta, parans dolum. De extraneis:
 Pf. 59. 8. illi effutiant lingua sua, en-
 ses falcati in labiis eorum, quis audiat? Et
 alibi: Pf. 57. 5. Dentes eorum hasta & tela,
 lingua eorum ferrum acutum; & quæ alia.*
 Quanta fuerint vulnera illa feralia apud il-
 lum, colligitur ex verbis *Pf. 64. 8. Conjicit
 in illos sagittam subitito; de quibus queritur
 & orat psalmo integro 64.*

*Psal. 120. 1. Deum in angustia mea in-
 vocavi, & audivit me, h. e. prout respon-
 didi mihi in omnibus angustis, in qui-
 bus invocavi te: forte respicit in notam il-
 lam angustiam tempore Philistæi: sic ex-
 audi me in precatione hac, qua precor, cum
 magna sit penes me. Dicit ergo v. 2. Li-
 bera vitam meam a labiis falsis. Tribuit
 mendacium labio; quod abinde & interius
 non existit: dolum vindicat linguæ, utpote
 membro interiori, uti dolus est in mente.*
*v. 3. Quid conferat tibi &c. Querit quasi ex
 fe*

מה יתן לך דוד ומה יוסיף לך בן
 שי לשון רמיה ואין מ'ל לשפת שקר
 הלא איש אתה ומי כמותך מלך ודקון
 על כלם ומה יוכלו להרע ולהזיק לך
 הולכי רכיל ומוציאי דבה המתקוממים
 נכוח לשונות' והיתה התשובה חגי
 גבור שנוכס ונו' אוייה לי כי גרתי
 משך ונו' ירדה ואך לא אזעק ולא
 אצטער מחיילי גבור שנוכס עם גחלי
 רתמים? כי אם היתה יושב בבתי ארזים
 ומגדלות חוקים לא היו לי לסתרה
 בפסיכה יותר ושהייתי בתוך היריעה
 גר עם בני משך וזהלי קדר אשר נקבל
 יעברו כל בני קשת' ואין ספק
 שאחיתופל ודאן וחבריהם וכל סיעתם
 היו בעלי חסום קולעים כנגדו אל
 השערותם ולא יחטיאו ואשילו בהיותם
 בבית המדרש א"ל שהיו מקניטים
 אותו ואומרים לו' דוד הבא על אשת
 איש ויתתו במה? והוא היה מצטער
 מאד ומשיב הבא על אשת איש ויתתו
 בתנאי ויש לו חלק לעולם הבא
 והמלבין פני חניו ברבים אין לו
 חלק לעולם הבא. ואם לכינו כן שאר
 החקומות הגולים והנכחדים מה
 עשו? ולאמת המשל ולחוק התלוכה
 ולרך הנקשה אמר רבת שכנה לה
 כפשו' אמר שתבחר ותקרב כפשו לשכון
 בין שוכאי השלום הלוחמים ומה
 בחיים ובקשת וכל מיני מלחמה
 משכון אצל אלו כי אולם תשכון
 כפשו בטח כדד יותר מעמהם. וזה
 כי אני שלום וכי אדבר המה
 למלחמה' משל מפורסם הוא אם לא
 יאבה אחד לא יריבו שנים וזהו
 אני מנשא השלום. ואם אולי אני

אדבר

se ipso, dicens; *quid conferat tibi, o Da-*
vid, & quid addat tibi o fili itai, lingua do-
losa? nec opus erat dicere de labio falso?
nonne vir es sine pari, rex & dominus om-
niium? quid ergo noceant tibi detractores
& diffamatores, qui infestant multis linguis?
 Respondet: *v. 4. Sagitta robusti acuta. v. 5.*
Va mihi qui dego apud Semechonitas! h. e.
Cur non clamem, & non anguster inter sa-
gittas robusti acutas. μετά λογίων μύστων
cum lanceis myrteis? tametli sedere in
domibus cedrinis & turribus validis, non es-
sem magis tutus ab illis, quam si existerem
in tentorio, degens inter Semechonitas, &
Gadarenorum tentoria, qui facile omnibus
sagittariis superiores. Non dubitandum,
quin Alithophel & Doeg cum focis suis to-
toque coetu fuerint sagittarii, jaculantes ad-
versus illum, persuasi fe non aberraturos.
 Etiamli existerent in auditorio, referunt ma-
 jores (*Bava Mezia cap. חזרוכ f. נוט c. 1.*)
 quod irritaverint eum, dicentes de illo: *Da-*
vid moechus, caedis reus, quid meretur? Ille
vero in magnis angustiis respondit: moe-
chus, reus mortis, ad laqueum, cui fors in
vita aeterna: sed qui convitiatur alteri pu-
blice, nulla illi fors in vita aeterna. Si in
conspectu ejus ita dixerunt, quid alibi pu-
